

tenemur fovere, ad incrementa domus Teutonicorum beate Marie virginis placet animum diligentius intendere, quia cottidie percipimus se pro domino scutum inexpugnabile hostibus opponere. Inde est, quod cunctorum notitie tam presentium quam futurorum sciendum declaramus, quod domum iam dictam tante libertatis ab imperio gratia donatam esse cognovimus, ut, quicquid prediorum vel beneficiorum a quocunque principum imperiali gratia mediante sibi collatum fuerit, libera proprietate perpetuo possideat. Sunt igitur in ditione nostra ville Rodhewiz et Bnewetiz dicte, site in provincia Domitz, quas ob remissionem [progenitorum] nostrorum dilectorum, Terre quoque Sancte profectum, quas etiam iure feudali possidemus a regno, predictae domui Teutonicorum cum omni conferimus integritate et utilitate. Insuper quicquid proventuum, qui vulgo burchkorn dicuntur, et iudicium seculare cum omni libertate, sicut ab imperio possidemus, ipsi domui perpetuo concedimus possidendum. Ut autem hec nostra donatio nullatenus unquam possit a quoquam infirmari, presentem paginam subscriptis testibus, qui huic intererant collationi, sigilli nostri fecimus munimine communiri. Acta sunt hec anno dominice incarnationis MCCXXIII in die beati Iohannis baptiste. Huic facto interfuit: Ludevicus Thuringie lantgravius tutor noster, de cuius consensu id factum est. Meinerus burggravius de Misne. Fridhelmus de Pouch. Otto et Bodo fratres de Ilburg. Henricus marscalcus et frater suus Conradus. Ludolffus de Alresrede. Rudolffus pincerna et alii quam plures.

313.

König Heinrich VII. bestätigt dem Kloster Helmershausen die Privilegien seiner Vorfahren. — 20
Zeuge: Landgraf Ludwig. Nordhausen, 1223 Sept. 12.

*Hilschr.: Or. Perg. Staatsarchiv Münster. Das ziemlich abgeriebene S. am Rande etwas verletzt (= Heffner 66).
Gedr.: Wilmans-Philippi, Kaiserurkunden der Provinz Westfalen 2, 373. Böhmner-Ficker 3902.*

— — idoneos testes subternotari fecimus, quorum nomina sunt hec: Sifridus Moguntine sedis archiepiscopus. Engelbertus Coloniensis archiepiscopus. Otto Herbi- polensis episcopus. Engelhardus Nuwenburgensis episcopus. Conradus Hildeneshemensis episcopus. Conradus M[in]densis episcopus. Lothewicus Hersveldensis abbas. Gumpertus prepositus Vrislariensis. Volradus Paderbornensis maior prepositus. Lothewicus Thuringie langravius. Lothewicus dux Bawarie. Henricus comes de Anehalt. Atholfus comes de Marka. Volcquinus comes de Swalenberg. Conradus, Otto, Henricus fratres, comites de Everstein et plures alii comites et nobiles.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis M. cĉ. xxii. indictione xi.; datum apud Northusen per manum cancellarii nostri, ii. idus septembris, regni nostri anno secundo.

Signum domini Heinrichi regis invictissimi*. (M.)

(S.)

35

313. a) Mit blasserer Tinte und von anderer Hand zugefügt.